devote celebrandam, cui in fine adnexum est triplex motivum ad frequentiorem cele-brationem.

# Cod: CCLXIII.

B
44.

Chartac: Fol: Saec: 14. & 15.

Bartholomaei Anglici libb: XX. de proprietatibus rerum.

Bartholomaei Anglici libb: XX. de proprietati-bus rerum. In assere antico haec admodum difficulter legi possunt: "Liber de naturis et proprietatibus rerum fratris Bartholomei An-glici ordinis fratrū minorum et insunt in numero XX libri." Idem dicit rubrica; prooe-mii autem initium est: "Cum proprietates re-rum sequuntur substancias." Codex itaque noster etiam librum XX. de accidentibus, numeris, ponderibus &c: continet, errore au-tem librarii libri V. et VI. ultimum locum occupant, unde additum est: "Expliciunt omnes libri proprietatum et iste debuerit esse sextus". Possidet Biblioth: nostra ejus-dem operis editionem ab anno 1484. Norimb: per Ant: Koburger. De illa agit Panzer Nürnbergs Buchdruckergeschichte. p. 80.

Bartholomaeus Anglicus, ab aliis perpe-ram cum Bartholomaeo de Glanvilla, qui flo-ruit circa añum 1360. mutatus, et ord: Praed: adscriptus; Monachus Ord: Min: et saeculo XIII. floruisse a Quetif probatur T. I. p. 486.